



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXIV. Concambium de terra, vinea, vel prato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

quid exinde pro eorum oportunitate & compedium facere elegerint, libero perfrauantur arbitrio. Illud vero addi conuenit, ut si aliqua pars ex ipsis aut heredes, vel successores eorum, hoc emutare, vel refragare voluerit, rem quam accepit amitterat, & insuper inferat pari suo, cui hoc facere presumperit, auri libras tan. argenti pondo tan. & quod repetit vindicare non valeat; sed praesens, vnde duas inter se uno tenore conscripserunt, firma & inuiolata permaneat, stipulatione subnixa.

Aetum illo.

XXIV. CONC A M B I V M D E
terra, aut vinea.

IDeoque placuit inter illum & illum, ut terram aliquam, aut pratu, aut vineam, seu quodlibet inter se commutare deberent, quod ita & fecerunt. Dedit igitur ille illi, il-

K. iiii

152 MARCVLFI MONACHI
lum campum in loco nuncupante
illo, habentem tantum, qui subiun-
git à latere vno illi, ab alio latere,
aut fronte illi. Simili modo è contra
incompenso dedit ille illi aliū cam-
pum ibi, aut in alio loco, habentem
tantum, qui subiungit de lateribus,
à frontibus illis. Ita ut ab hac die
vnusquisque ex ipsis, quod accepit
habendi, tenendi, vel quicquid ex-
inde elegerint faciendi, liberam ha-
beant potestatem. Si quis vero ali-
quis ex ipsis, aut heredes eorum, vel
quicumque hoc emutare voluerit,
quam acceperit pari suo amittat, &
insuper inferat cum cogente fisco
auri tan. & quod repetit vindicare
non valeat; sed præsens commuta-
tio, vnde inter se pro firmitatis stu-
dio duas vno tenore conscripse-
runt, omni tempore firma perma-
neat; stipulatione subnixa. Actum
illo.